

F.K. 59. (6)

Z c
703

Q
Ego sum aliomi summum tuum Iste
Fons gaudi⁹ dñe si p̄d̄m⁹ gaudi⁹ gaudi⁹
Sicut AVGVSTVS
VX cōspic⁹ AVGVSTVS
M̄t̄s̄ l̄t̄s̄ p̄l̄s̄
VIRO
MAXIME REVERENDO, AMPLISSIMO
ATQVE ERUDITISSIMO
DOMINO
M. CHRISTIANO
KAESTNERO,
PASTORI DE ECCLESIA AFRANA
OPTIME MERITO,
CVM AETATIS ANNVM UNDÉSEXAGESIMVM AGERET,
D. XI. CAL. AVG. CCCLIX
BEATE DEFVNCTO,
PVBLICVM PIETATIS MONIMENTVM
PONIT
COETVS AFRANVS.

MISNAE
LITTERIS SCHVLZIANIS.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA



Quis rumor nostras circumstrepit undique musas?
Edunt vicini murmura rauca lares.

Fama docet, quae sit lacrymosi causa doloris:

Suavem KAESTNERVM mors inopina rapit.

Vix coepit KAESTNERA domus ridere polita;

Nunc in ea lacrymas angulus omnis habet.

Multa per Afranum fiunt suspiria templum,

Saepe domi plorat pars viduata tori.

Haec quoque discipulos dociles mutatio turbar,

Curaque sollicitos mordet hebraophilos.

Arbor parturiit Misnae, quam Lipsia sevit

Carpzovii liris et, Ludovice, tuis.

Arbor amat mutare solum: nec semper iisdem

Nubibus haeret avis, plicis inerrat aquis.

Ad Plissam certe crevit KAESTNERVS, ad Albim

Percoctos fructus solibus explicit.

Prima docere rudes non est clementa gravatus.

Namque bonae fidei maxima cura fuit.

Discere Grammaticen doctrinae gloria vera est:

Occupat inflatos nausea Grammaticae.

Vniversalis lectorem regula firmat,

Vtque sciat citius singula verba, parat.

Cui deest fundamen, quamvis est splendida facta,

Ex improviso corruit alta domus.

Et praeceptorum qui nullo nititur usu,

Immemori Phoebi cum Phaethonte cadit.

Attinet expendi, verborum quae sit origo,

Quid structura boni, certaque signa vehant.

Exercens igitur, quam Starckius extudit, artem,
KAESTNERVS rectam norat inire viam.
Sic festinabat lente contingere metam,
Impiger inceptum conficiebat iter.
Esto norma brevis, sed lectio longa, monebat,
Codicis: hunc finem tela qvod illa petunt.
Dant operae pretium divina volumina majus,
Hos versare libros nocte dieque juvat.
Gaudia prodidimus geminatis plausibus ausi,
Ultima quo stirps est ore locuta, loqui.
Mosis, quo scriptor non est antiquior alter,
Dedita KAESTNERO reddidit Afra sonos.
Legimus attenti primordia totius orbis,
Sensimus, in verbis pondus inesse DEI.
Vidimus, interpres quam longe devius erret,
Cui primaeva parum cognita lingua fuit.
Omne tulit punctum KAESTNERVS et utile dulci
Miscuit: Isaiden addidit Amramidae.
Hymni Davidis celeberrima carmina vincunt:
Vincitur hujus enim Pindarus ipse lyra.
Vox hominem Thebana sonat, Jessaea Jehovam:
Divina humanam est pluris habere nefas.
Lidicus ornatur Dircaeо victor oloris
Bethlemio verus viator, averne, tuus.
Hinc statuit pietas fanae rationis amica,
Hebraicis psalmis suavius esse nihil.
Praebuit hoc nobis nectar KAESTNERVS alumnus:
Debet grates nemo negabit ei.

Zc 703. FR.

X 355 9880 VD16

Eloqvar, ani sileam? fuffundor qvippe pudore,
Materie vires exsuperante meas.
Non magis e docta, qvam sancta, saepe cathedra
Respondit votis sedulus ille piis.
Attulit innumeris, qvoties auctore Jehova
Solus cum solo colloqveretur, opem.
Namqve animi curator erat, testatior ejus
Affulxit miseric civibus ore salus.
Judicis erexit metuentes, dummodo vidit
Revera vitii poenituisse sui.
Lacta salutiferi fecit praeconia CHRISTI,
Ob cuius nobis vulnera vita datur.
Multum in Te, KAESTNERE docens, amissimus
omnes.
Justa choro nostro causa doloris adest.
Orbi nos tanto monitore salutis egemus.
Occidis Afranum, sole oriente, decus.
Liqvit enim fessos febris immedicabilis artus.
Non porro cernis bella reserta malis.
Jam coram Jova fulges, ceu stella corusca,
Accipiens meritis praemia digna Tuis.
Pelle graves curas, pia Coniux, vince dolorem,
Et madidas fletu terge pudica genas.
Vxor eras merito de Te bene fida marito.
Fata DEVS viduae mox meliora dabit.
O etiam vacua dignum statione magistrum
Pastor det nobis ocyus ille bonus.



